

12. Das Amt des Notarius credenzierus in dohana.

Commisso vom 3. November 1269; RA. n. 6 (barolus 1269 D) fol. 75^b - 76^a.

[Entsprechende Commisso vom 8. März 1269: RA. n. 4 (barolus I 1269 B) fol. 25; gedruckt bei Minieri-Rizzo, ultima confutazione 4 ff.; Ausgang bei Minieri-Rizzo, alumi fatti 42.

220

providimus preces statutum per universas et singulas partes regni nostri ab universis et singulis officialibus nostris tam credenzieris quam cabellotis inviolabiliter observari; videlicet: ut singuli officiales nostri, tam credenzieri quam cabelloti, sub pena personarum et rerum omnium eorumdem alte et basse, si secus fecerint, pro nostro arbitrio puniendi super recipiendis iuribus omnibus in districtu curie debitis et statutis cum mercatoribus et personis aliis tam regnicolis quam exteris intrantibus vel exeuntibus regnum nostrum emendo merces aliquas vel vendendo in dohana portubus et fundicis de sale et ferro et accaro pice seta et quibuscumque aliis seu in exitura victualium, tam infra quam extra regnum, et etiam super exitura casei olei carniarum salutarum et diminutione ipsorum iurium nullatenus paciscantur, sed qui libet eorumdem sponte ad suum spectat officium, cum integritate recipiat intra ipsa nec plus nec minus, quam quod est debitum et statutum ab ipsis super hoc, recipiendo corporale debito iuramento, ut preces statutum inviolabiliter observetur, providimus, quod in qualibet maritima terra regni nostri unus notarius credenzierus idoneus et fidelis parentela vel societate in cabellis eisdem ipsis officialibus non coniunctis et qui clericus non sit, per maiestatis nostre litteras ordinetur, qui solutioni et perceptioni iurium curie continuo debeat interesse et plenam habeat cognitionem de premissis et de universali et de particulari introitu ipsorum iurium quatenus duos consimiles facere debeat continentes particulariter et distincte nomina mercatorum

[Handwritten mark]

1^a Reg. se

2^a Reg. coniunctos